



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendivm Summæ Card. Toleti

Minucius, Genesius

Sammieli, 1613

De tentatione Dei cap. 19.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41701

copi & prælati, non tamen sine causa legitima, & iidem circa subditos dispensant etiam, iuxta de causa in votis omnibus, exceptis Papæ reservatis, quæ sunt hæc quinque: Votum simplex Religionis, Castitatis perpetuæ: Sancti Iacobi, Hierusalem, Sancti Petri Romæ & vota solemnia, quæ tamen si conditionata, & non absoluta sint, ad Episcopum pertinent, sicut & si fuerint pœnalia. A voti transgressione quilibet confessarius potest absoluerè, sicut & ab aliis peccatis, sed manet voti obligatio in futurum.

De Tentatione Dei. Cap. 19.

Tentatio est dictū, vel factū ad capiendā alicuius experientia. Quare ille Dominū tētare dicitur, qui aliquid dicit, vel facit, vt Dei potentiam, vel sapientiam, seu aliud quoduis eius attributum exploret, vel aliis ma-

nifester. Tentari potest Deus expressè, ut qui ea intentione id facit, vel tacitè, ut si talis quidem intentio desit, id tamen quod quis facit ad hoc tendit, quod contingere potest tripliciter: vno modo cù quis relictis mediis naturalibus à Deo ordinatis ad tales effectus, eisdem alia quærit via: altero modo, cum quis sponte periculum quærit, à quo tamen non potest nisi à Deo liberari: ut si vellent de Turri per aëra sine scalis descendere Dominum verò tentare non licet, nisi ex diuina inspiratione, ut fecit Abraham, Gen. 15. qui dicenti Deo se daturum terram illam, respondit, vnde sciam, quod possessurus sim terram hanc? Alias esset peccatum mortale, nisi leuitas materiæ aut inconsideratio excusarent. Demum ex curiositate, & sine necessitate Dominum tentare præcipuè circa specialia, semper est graue peccatum. In ne.

cessitate tamen, ut quando non potest Dei via alio modo manifestari vel speratur ingens aliorum utilitas in his quæ ad Deum sunt, potest Deus tentari licite.

DE SECUNDO Præcepto.

Quid, & quotuplex Iuramentum. Cap. 20:

Iuramentum est * inuocatio diuini testimonii in dicti alicuius confirmationem. Homo namque per peccatum, ueritatem, & fidem apud homines perdidit, & ideo illi iuramenti remedium Deus contulit, quo ne abuteretur, hoc secundum statuit præceptum. Non assumes nomē Dei frustra. Deut. Cap. 5. Inuocatur autem testis Dominus in iura-